

et lecto votis singulorum in ipsa deputacionis scrutacione placuerunt domini in ipso avisamento nominati ita tamen, quod huiusmodi capitula per deputatos concepta vel concipienda per deputacionem videantur et visitatores mittendi nominarentur.

Ita est Georgius Frey.

II. Datum 14. August 1434.

Die sabbati XIV Augusti MCCCCXXXIV. in sacra deputacione reformationis super avisamento Rmi dni legati superius de verbo ad verbum descripto scrutatis votis singulorum fuerunt undecim vota, quod ipse Rmis dnus legatus mittat ad visitandum, sed solum utatur jure suo legacionis, quod primo fieret visitacio generalis et regula, fuerunt similiter undecim vota, quod autem huiusmodi capitula visitentur per Rmos dnos Cardinales sete Crucis et seti Angeli ac patriarcha Antioch. et mittantur prohi et timorati viri ad reformandum eum auctoritate sacri Concilii sub bulla eius, fuerunt XXVI. vota. Ita iuxta pluralitatem votorum fuit conclusum."

Ita est Ludovicus Stac. notar.

Die lune nona mensis Augusti anno a nativitate Dni MCCCCXXXIV in sacra deputacione fidei super primo avisamento Rmi dni legati videlicet de mittendis visitoribus ex parte sacri Concilii per Alamanniam pro reformatione ordinis Canonie. Regul visum fuit dominis de ipsa sacra deputacione, quod primo fiant decreta et procedatur ad generalem reformationem, et casu, quo aliter fieret, aliqui fuerunt protestati.

Ita est Jo. Dieulefist.

Gleichzeitige Aufschreibungen des Mag. Martin von Waldhausen, Pap.

III. Datum 19. August 1434.

In nomine dni Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quarto Indicc. XII. die jovis decima nona mensis Augusti hora tertia post meridiem vel circiter, pontificatus sanctissimi in xsto patris et dni nri dni Eugenii divina providencia pape quarti anno quarto, Coram Rev. patr. dnis XII^{cm} iuxta ordinaciones sacri concilii Basileensis in loco solito ad concordandum deliberaciones sacrarum deputacionum in simul congregatis constitutus et compareus